

pugnatores sunt *Papista*, ideoq; ipsos autores in tanto numero adducere volui, Ne nobis accidat id, quod dici solet, Dicunt & non faciunt, Vel id, quod culpatis, facitis ipsi. Licet enim *Papista* objiciant ipsos *Lutheranos*, qui eadem doceant, quos inter *D. Geörg. Major. Profess. olim hujus Academ.* (qui disputans contra *Ambdorsium* bonorum operum ad salutem perniciem asserentem, excessum arripere maluit, impossibile esse sc. salvari sine bonis operibus in *Conf. Aug. A. 565 p. 95. In l. contr. Ambdors. Witt. A. 553. In l. d. convers. Paul. Lips. A. d. edit.)* & hodierni *Helmstadienses*, eorumq; aſſectæ (qui bonorū operū necessitatem ad salutem consequendam urgent non quidem, ac sic ea pro *causa salutis* habenda, ut in nuper divulgatis *D. Horneij* thesib. posthumis German. se explicant, sed quod vires sustineant conditionis sine qua non, præeunte, ut nuper legi, *D. Thumm. in Impiet. Phot. Art. de Fid. n. 13. p. m. 401.*) Nos iis Rd. 1. Si qui cum *Papistis* hac in doctrina conveniunt, eos nos haud agnoscere *Lutheranos*, 2. Unius vel alterius sententiam nil derogare ipsi Ecclesiæ, quomodo ipsi *Papista*, nostratibus Pontificios pro sua sententia allegantibus, respondere solent Unius privati error suspectam haud reddere debet societate universam, ait *Claud. Aquaviv. in hist. Jesuit. l. 2. c. 3. p. 197.* Catholici non sunt alligati ad hunc vel illum Cardinalem Monachum inquit *Tanner in l. d. sacrif. Miss. p. 146.* Eodem jure & hîc. Nec nos alligati ad hunc vel illum sumus Doctorem, sed ad *Scr. S.* tanquam normam nostram. Imo ipse *D. Major* hanc suam opinionem postea rejecisse scribitur in edito *Testamento A. 570.* ne contentiones vel errores pariat. (Et hîc velim consulatur *Magnif. Dn. D. Weller* Theologus celeberrimus, promotor meus Eminentissimus in *Wegzeiger der Gottheit I. C. contr. Calixt. p. 277. 278.*) quod ipsum & *Helmstad.* iisq; qui in vicinis eosdem defendunt *ὁλοκαυδίσκος* comprecamur, memores sint illius *Luth. T. 7. in Job. 14.* apud *Dn. D. Well. d. l. p. 276.* die *Wercflehrer* haben nicht den *Heiligen Geist.* Nos contra aperte cum *A. C.* (quam *Gretserus* *scabiosa* & *Gretseriana* sua lingua farraginem, confarcinationem, & centonem variarum sectarum, imo *Pandoram* ad exitium *Germaniæ* fabrefactam in *Virgidem. Volciana p. 36. 37.* per calumniam vocat,

cat,